



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Die Schrift**

**Degering, Hermann**

**Berlin, 1929**

154 Magdeburg, Mor. Brandis. Missale Magdeburgense. 1493. Berlin, Inc.  
1500,5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68942](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68942)

angeli. adorant dominationes tremunt potestates Celi celo-  
rumque virtutes ac beata seraphin. socia exultatione cōcelebrāt.  
Cum quibus et nrās voces ut admitti iubeas deprecamur sup-  
plici confessione dicentes. **De beata virgine Maria Prefatio**  
**V**ere dignum et iustū est equum et salutare. Nos tibi semp  
et ubiqz grās agere. domine sancte pater omnipotens eter-  
ne deus. **E**t te i veneratione beate Marie semp virginis exul-  
tantibus animis collaudare. benedicere et predicare. Que et  
unigenitū tuum sancti spiritus obumbracōe cōcepit. et virgi-  
nitatis gloria permanēte huic mundo lumē eternum effudit.  
hiesum christū dñm nostrū **D**er quem maiestatem tuam laudāt  
angeli. adorāt dominationes tremūt potestates Celi celorumque  
virtutes. ac beata seraphin. socia exultatione cōcelebrāt. **C**ū  
quibus et nostras voces. ut admitti iubeas deprecamur. sup-  
plici confessione dicentes. **De apostolis Prefatio.**

**V**ere dignū et iustum est. equum et salutare **T**e dñe suppli-  
citer exorare. ut gregē tuū pastor eterne nō deseras. sed  
per beatos apostolos tuos cōtinua protectione custodias. ut  
hūsdem rectoribus gubernetur. quos operis tui vicarios eidē  
contulisti preesse pastores **E**t ideo. Cum angelis et archāgel  
cum thronis et dominacōibus **Q**ūqz omni militia celestis ex-  
ercitus. hymnum glorie tue canimus sine fine dicentes.

**Sequitur nunc prefatio quotidiana**

**D**er omnia secula seculorum Amen **D**ominus vobiscum.  
**E**t cum spiritu tuo **S**ursus corda **H**abemus ad dominū  
**G**ratias agamus domino deo nostro **D**ignum et iustum est.  
**V**ere dignū et iustū ē. equum et salutare **N**os tibi semper  
et ubiqz gracias agere dñe sancte pater omnipotens eterne  
deus. per christum dominū nostrū **D**er quē maiestatem tuā lau-  
dant angeli. adorāt dominacōes. tremunt potestates Celi ce-  
lorumque virtutes. ac beata seraphin. socia exultatione concele-  
brant **C**um quibus et nostras voces ut admitti iubeas depre-  
camur supplici confessione dicentes.

**S**anctus **S**anctus **S**anctus domin' deus sabaoth Ple-  
ni sunt celi et terra gloria tua **G**lanna in exellis **B**enedi-  
ctus qui venit in nomine domini **G**lanna in exellis.